



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De fure à patibulo liberato, & denuo suspenso, dum suum liberatorem  
iniquè impeteret, cap. 24.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

364 DE SIMPLICITATE  
vt secundum modum culpæ, formetur modus vindictæ. De quo tibi etiam pauca subiungam exempla.

CAPUT XXIV.

*Quo modo quis peccat, eodem quoque non raro punitur.*

**C**anonicus quidam sancti Andreae in Colonia, sicut mihi retulit magister Reinerus eius canonicus, ad colligendam cuiusdam ecclesiæ decimam singulis annis mittere consuevit seruum suum, qui ante quoddam patibulum transiens, & hominem recenter in eo appensum adhuc palpitare cernes, misericordia motus, laqueum gladio incidit, atque allata aqua refocillavit. Qui resumptis viribus, mala pro bonis retribuens, ad proximam villam liberatorem suum securus, in equi eius frenum manu misit, & qui eundem sibi vi abstulisset, vociferatus est. Mox homines circumquaque accurrentes, & de rapina frenantes, sine audience iuuenem ad idem patibulum, de quo fur fuerat depositus, duxerunt. Nondum erant homines alterius villæ plenè reuersi, quia ad suspendium dicti furis confluxerat; & ecce concursum ad patibulum, quod commune erat utriusque villæ, videntes nutu Dei reuersi sunt, causam interrogantes, data est homini copia loquendi: Ego, inquit, hominem istum de patibulo liberaui, & ecce tam iniquum beneficium repedit mihi. Quem illi considerantes & cognoscetes, secundum eum plenè suspenderunt, & liberatus est sanguis innoxius.

CAPUT XXV.

**N**on est diu, quod peregrinis quibusdam de Alemania ad limina sancti Iacobi tendentibus, & falsus eis frater nocte quadam se sociavit: manè exentibus de hospitio usque ad portam ciuitatis illos securus, vni illorum manus injecit, clamans sibi equum eundem ab eo ablatum: & compulsi sunt redire in hospitium à Iudice. Testificantibus peregrinis omnibus, quod is, quem ille impetebat, esset vir simplex & bonus. Iudex prudenter agens, fure absente omnium equorum sellas & frena deponi, sicq; eos in stabulum duci precepit. Quo facto, dixit ad furem, intra & educ equum tuum. Intravit ille, & adduxit eum